



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

VII. Testimonium quod Deus non sit alligatus causis secundis, est, quod Saram anum & effœtam & sterilem reddit fœcundam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Estq; uera Dei Ecclesia, quæ credit promissioni de Christo, & sanctificatur per Spiritum sanctum, ut fiat heres uitæ æternæ, habens duas externas notas, uidelicet, purum uerbum Dei, & legitimum Sacramentorum usum.

VII.
REFUTATIO
fati Stoici.

Omnia miracula contra usitatum nature ordinem à Deo facta, testantur Deum liberrima uoluntate, & condidisse initio hanc totam rerum naturam, & nunc conseruare, ita ut eam uel impedire possit, uel moderari, uel mutare, uel tollere, ut dicitur:

Non est Deus numen parcarum carcere uinctum,

Quale putabatur Stoicus esse Deus.

Ipse potest Solis currus inhibere uolantes,

Ipse uelut scopulos flumina stare iubet.

Sic hoc in loco Saram anum effectam & sterilem reddit fecundam. Sic Elizabeth Luc. 1. Annam 1. Reg. 1.

Stoici Fatum definiunt esse connexionem Dei cum secundis causis talem, ut Deus non aliter agere possit, quam secundæ causæ cient.

Refutan-

Refutantur autem perspicuè.

- I. Testimonijs uerbi diuini. Psalm. 114. Dominus noster in cælo omnia quæcunq; uoluit fecit. Item Ephes. 3. Deo qui potest super omnia, & exaltat lenter opem ferre supra quam petimus aut intellegimus. Item, Adiuuit pauperem, cui non erat adiutor.
- II. Miraculis, ut resurrectione mortuorum, compresso cursu Solis, fecundatione effætarum.
- III. Exemplis Adæ & Eue, Dauidis, Danielis, & remie, qui deserti ab omnibus causis secundis tamen adiuti sunt.
- IIII. Libertate uoluntatis humane, quæ est imago libertatis in Deo.

I X. Locus.

L A T E P A T E N T
præmia & pœna.

Verissimus est Hesiodi uersiculus.

Sæpe mali malè facta uiri populus luit omnis,
πολλὰκι καὶ κατὰ ξύμπασα πόλις κακῶν ἀνθρώπων
παυρῆ. Et inter causas cur præstanda sit disciplina
hæc quoq; recitatur, ut pœnæ uitentur, & publica
tranquillitas conseruetur. Certissimum enim est
tissimè uagari pœnas scelerum, præsertim cum
Magistratibus negliguntur, ut historia trahit
Beniamin